



V, 82.

2.417a



CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXXV

VT
AD
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI
FRIDERICI. CHRISTIANI

MARGGRAFII. BRANDENBVRGI. PRVSSIAE. DVCIS
PATRIS. PATRIAE. OPTIMI
VTRIVSQVE. PRAENOMINIS
AVGVSTAE. DOMVI. AVSPICATISSIMI
MEMORIAM. DVLCISSIMAM

D. XVI. MART. CIOCCCLXVIII
DEBITA. PIETATE. RENOVANDAM
IN. CVRIANVM
CVM. EIVSDEM. CIVIBVS
CVRIAE. PROCERES. CIVES. Q
QVO. DECET. CVLTV
CONCIRET

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

CVRIAE. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII

CVRIAM
REGNIANAM
HERMANNORVM
ECONOMIANDAM
DISSERT. XXV

VT
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI
FRIDERICI CHRISTIANI
MARGRINI BRANDEBURG BENSIS DVCS
PATRI PATRIAE OPTIMI
VTRIVSQVE TRAEONINIS
AVGVSTAE DVCI ASSISTENTIS
MAGISTRUM DVCESSIMAM
IN CVRIAM
EVM IN OMNIBVS CIVIBVS
CAUSAS PROCEDES CIVIS Q
QVO BEET CIVI

PAVLVS DANIEL FONGOLVS

CVRIAE REGNIANAE
MAGISTRVS



Pensum III.

QVODNAM ILLVD FLVMEN?

Iam est, vt monstretur *flumen gignendo sale fecundum*, vt ostendatur *annis*, in quo *sal* proueniat, de quo *Cattos* inter HERMVNDVROSque magno proelio certatum. 1.) Effecerim id non modo, si tale *flumen* indicauerim, sed et si id *conterminum* 2.) vtrique genti fuisse probauerim.

QVODNAM ILLVD FLVMEN SALE FECVNDVM?

Index dictorum.

- | | |
|---|----------------------------------|
| §. I. <i>An usquam terrarum flumen sal-</i> | §. V. Vnde? |
| <i>fium?</i> | §. VI. Quamdiu? |
| §. II. <i>An in Germania?</i> | §. VII. <i>Num</i> in praesenti? |
| §. III. <i>An adhuc?</i> | §. VIII. <i>Atque</i> in siluis? |
| §. IIII. <i>Quodnam?</i> | §. VIII. <i>Sal</i> praebuerit? |

§. I.

Iam dudum pronunciauit iudex vitio haud creatus, 1.) *extra terram* natiuum *saalem* reperiri aut in fonte, aut in fluuio, aut in lacu. Vel *Saledo* 2.) seruat memoriam *Salsi fluminis* 3.) provinciae Baeticae Hispaniarum.

§. II.

Perinde Germania, quae vbertate tot prouidae naturae dotium praesertim salis fontium largorum cum qualibet orbis terrarum regione contendit, non habet flumen vllum natiui salis? 1.)

B b b 2 §. III.

- | | |
|--|---|
| 1.) Teste Cornelio in Annal. Lib. XIII. Cap. LVII. n. 1. | Antiq. Lib. II. Cap. I. §. XXXX. |
| 2.) Quod idem vult. | 3.) Hirtio de Bello Hispaniens. Cap. VII. n. 2. et Cap. VIII. n. 1. memorati. |
| §. I. 1.) Agricola de Nat. Fossilium Lib. III. p. 584. | §. II. 1.) Ita edicit Muldenerus de Cattenburgo §. VII. |
| 2.) Ex indicio Cellarii in Notit. Orb. | |

§. III.

Tale autem qui istis 1.) luce meridiana clarioribus verbis conuictus Corneliano quidem aeuo largitur; negauit 2.) tamen hodie superesse. Naturae ex eo tempore „vberrate nimia prioris aevi defatigata adeo et effeta, vt nequeat pristina, benignitate idem praebere? Quas ego 3.) causas procul a veritate, abesse certum habeo, quod neque fas existimare, humi naturam, quam primus ille mundi genitor perpetua fecunditate donauit, quasi quodam morbo sterilitate adfectam, neque prudentis credere, tellurem, quae diuinam et aeternam, vsque dum illi genitori visum, iuuentam fortita, communis omnium parens dicta, sit, quia et cuncta peperit semper et deinceps paritura sit, vel vt, hominem consensisse. „ Quasi

gelidus tardante senecta
Sanguis habet, frigentque effetae in corpore
Vires.

Si quid autem minus mutationi est obnoxium, est flumen, quilibet terra suoapte ingenio humente. Qui enim id mutaretur immutabili fonte? Hoc non subpresso illud perennat.

§. III.

Cui Mansfeldica vel aliquantum cognita, nouerit 1.) lacu dulci haud procul lacum salsum. Hinc effluit *flumen*, cuius aqua gustanti satis prodit *salem*. 2.) Id se in Salam mergit loco, cui ab sui ostio natum est nomen *Salzmunde*. 3.) Tuetur autem vel in

§. III. 1.) Toties ex Taciti Annal. Lib. XIII. Cap. LVII. n. 1. prolatis.

2.) Vt negauit idem modo laudatus Muldenerus.

3.) Secundum Columellam de R. R. paullo post principium Lib. I. Cap. I. maximam partem dans litem.

§. III. 1.) Si tamen non nouerit, docuerint Happelius in Relat. Curios. Part. I. p. 526. Frankius in Histor. Mansfeld. Lib. I. Cap. II. §. XI. p. 16. Bieringius de Mansfeld. Metallifodinis p. 128. et

131. Brukmannus in Magnal. Dei in Loc. Subterr. Cap. XI. p. 184. D. Lexic. German. Hydrograph. p. 512. Buschingius Geograph. Part. III. Vol. III. p. 3086. seq. Geograph. Europ. recentissima Lib. VII. Cap. I. §. III. p. 47. alii.

2.) Ceu obseruatum fuit auctori Lexic. German. Hydrograph. p. 512.

3.) Id testantur praeter idem Lexicon Frankius Lib. I. Cap. II. §. X. Sect. 71 p. 15. Abelius in Geograph. Prus. et

in hunc vsque diem nomen suum *Salza* 4.) siue *Satzke*. 5.) Audiuisse vero olim *Saltam*, 6.) quilibet sibi persuaderi facile patietur, qui meminerit, 7.) *salz* nostratum quondam dictum scriptumque fuisse *salt*, cui addito sibilo, qui cum *t* coalesceret, procreatum fuit *salz*. 8.) *Saltam* autem non antea nominatum mare vel potius lacum *falsum* ostendere, 9.) sed *fluuium* falsum, satis euincunt huius primi auctoris 10.) verba, ex quibus est cernere, non nisi fluuios, in quorum consortio *Salta*, nominari. En ipsa: *Qui inter Wipperam et Salam et Saltam et Willerbizi fluuios iacet.*

§. V.

Quaefueris forsitan, vnde aqua vtriusque illius falsa? Crediderim eius non aliam esse rationem, ac in oceano, cuius alueus vel litus grauis est sale, vnde illorum aquae semper impraegnantur 1.) „Tales sunt aquae, qualis terra, per quam fluunt.“ 2.) Iam dicuntur 3.) in fundo illius lacus falsi, vnde idem fluuius falsus emanat,

B b b 3

Brandenburg. Part. I. Cap. V. §. III. N. 4. Perillustr. de Dreyhaupt de Pago Neletici et Nudzici Part. Spec. Sect. I. Cap. VIII. §. I. p. 626. Cel. Buschingius l. c.

4.) Quem ad modum adpellatum fuit iam multis retro seculis in Caroli III. Sigismundi et Friderici Romanorum Imperatorum literis apud Bieringium de Mansfeld. Metallifodinis p. 35. seqq. Sed et adhuc id valere, testes sunt Frankius, Buschingius, Lex. Hydrograph.

5.) Quale etiam in istis Dreyhauptianis et Hydrographo deprehendes.

6.) Ditmaro in Chron. Merseburg. Lib. VI. inter Leibnitii Script. Rer. Brunsvic. Tom. I. p. 388. et Adpendici ad Chronicon Montis Sereni p. 201. iam ab Ecardo in Origin. Serenisf. Domus Sa-

xonicae Lib. II. Cap. I. §. II. p. 55. et Chronico Gottwicensi Lib. III. Cap. CC. p. 625. seq. nominatis.

7.) Quae supra Penso II. §. III. adtulimus.

8.) Haec vero paullo post §. VIII.

9.) Vt visum auctori istorum in Chronico Gottwicensi p. 626.

10.) Ditmari paullo ante euocati.

§. V. 1.) Quod vt demonstrarem, ferias fecit Cl. Popouius in Diss. de Mari Part. II. Obseru. III. p. 225. seqq. ne ad Kirchmaieri Halurgiae §. XXXIII. XXXVI. et Disp. de Bello Proelioque de Salinis §. XII. prouocem.

2.) Vti iam Plinius in Hist. Nat. Lib. XXXI. Cap. III. censuit.

3.) Apud Brukmannum de Magnal. Dei in Loc. Subterr. Cap. XI. p. 184.

nat, residere carbones fosfiles siue lithanthraces, qui, cum flammam nutriunt, 4.) immixtum salem produunt, 5.)

§. VI.

Constat 1.) autem, vel adhuc vergente seculo decimo quinto viguisse *salinas* ad *stagnum* illud 2.) *falsum*. Immo fuit, 3.) qui *salis* fontes Halenses inde deduceret.

§. VII.

Sed et subinde aestiuo tempore sues in palude aliqua illic locorum se volutantes redeunt vel vt sale adspersi documento *salis* ibi redundantis luculentissimo.

§. VIII.

Neque nostro aeuo, quo nihil frequentius querela, filuam veterem nimio violatam esse securi, adeo conuulsae ab humo arbores, vt ne saluum profundissimorum vestigia sint certissima. En illum Cornelianum 1.) *annem* et illas *siluas*, in quibus *ruminum indulgentia sal* proueniebat.

§. VIII.

Hic ergo *sal*, 1.) non vt alias apud gentes *eluuie maris* *arcescente vnda*, sed *super ardentem arborum struem fusa*, ex *contrariis inter se elementis*, igne atque aquis *concretus*, 2.) Vbinam vero gentium iste

4.) Id vero docuit Wippacher de Phlogisto Vnionis Rerum Metallicarum Medio §. III.

5.) Quod vel ex Dornfeldii Disf. de Turibus circa Lithanthraces §. V. discas.

§. VI. 1.) Ex Spangenbergii Chron. Mansfeld. Cap. CCCXXXII. fol. 388. et Albin, qui forte inde hausit, Chron. Misn. Metall. Tit. XIII. p. 103. excitatis iam a Kirchmaiero in Disf. de Bello Proelioque de Salinis §. XII.

2.) §. III. ostensum.

3.) Idem ille Kirchmaierus §. XI. et XII.

§. VIII. 1.) Annal. Lib. XIII. Cap. LVII. n. 2.

§. VIII. 1.) Ex indicio eiusdem auctoris.

2.) Qui mos in Italia transalpina intus ad Rhenum et Germania praefica obseruatus fuit Varroni de R. R. Lib. I. Cap. VII. n. 8. et Plinio Hist. Nat. Lib. XXXI. Cap. VII. Sect. 39. seq. ad quos iam prouocarunt Cluuerius in German. Antiq. Lib. I. Cap. XVII. Sagittarius in Orig. ac Increm. Sulcae Luneburg. §. III. Eecardus de Orig. German. Lib. II. §. XXXV. p. 340. Iungius de I. Salin, Cap. III. §. VI. p. 101. seq.

iste modus 3.) falem conficiendi magis ex voto succederet, quam ex *anne in siluis profuente*? Tale *numinum indulgentia* 4.) praebebat in illa 5.) *Salza* Mansfeldica.

In quanto autem pretio eius modi summi Numinis indulgentia vel nobis ipsis sit, loquatur praemium centum aureorum numorum plane opimum a FRIDERICO rebus nostris paterne consulturo ipsis Calendis Septembribus anni huius seculi sexagesimi primi publice praefixum cuicumque, qui fontem salis perennem atque ditem in his terris inuenerit. Nec surdis auribus haec dicebantur, quin fuerint, qui scrutarentur, idque haud frustra. Haud procul Baruti in agro Leineccensi duobus abhinc annis deprehendebatur scatebra salis fonticuli emicare, sed tenuioris adhuc, quam ut operae pretium facturus sit ibi salinas instructurus. Spes tamen alit agricolas.

Tantum autem situm est in munificentia BONI PRINCIPIS, quem cum ante quinque annos denuo nobis prospexit diuina providentia in FRIDERICO CHRISTIANO DOMINO nobis INDVLGENTISSIMO; nostra res cum maxime agitur, vt eo quam diutissime gaudeamus forti atque incolumi. Horum votorum causam nouissime subpeditauit EIVSDEM vigilantia, quae cauit, ne adulterinis numis faceremus rerum nostrarum iacturam. Hinc

IOANNES HEINRICVS MOENCH ex Higa Germanica oratione *fata rei pecuniariae in Germanis potiora* enarrabit.

IOANNES CHRISTOPHORVS BAVER ex Kozauia superiori oratione Latina ponderabit *pecuniarum commoda atque incommoda*.

IOANNES NICOLAUS GOERING ex Curia nostra carmine Teutonico celebrabit PRINCIPES inde a D. CHRISTIANO ad Dignis-

3.) Quem non solum vertendo ista Corneliana clariorem reddidisse sibi visus est de Falkenstein in Anal. Thuringo-nordgau. Part. VIII. Obferu. I. §. VII. p. 100. seq. suffragante Georgii in Vffenheimenf. Hor. Subseciu. ad Sagittar. Hist. Halens. §. I. p. 845. seq. sed et clarius

expofuit Agricola de R. Metall. Lib. XII. p. 450. seq. Conferas Kirchmaierum Disp. saepius laudata §. XIII. atque Lunigium pariter iam euocatum.

4.) Ex Taciti sententia,

5.) §. III, nominata.

Dignissimum EIVS pronepote[m] FRIDERICVM CHRISTIA-
 NVM SERENISSIMOS *adventus suos, ne res publica quid
 detrimenti caperet auro, argento, aere perperam stulto feriev-
 doque.* Eius rei testis ipse adolescens nanciscetur amplissimam
 materiam grati animi declarandi prius, quam Mineruae Lipsi-
 cae rerum diuinarum scientia potissimum i[m]buendum se se
 committat ab Amplissimo gratisimae patriae Senatu stipendio
 Hahniano et a S. R. Wunfidelientium sacrorum Antistite men-
 sa Amthoriana adiutus. Nec poenitebit ista in eum contulisse,
 si is non desectat a tramite, quo intra Penates duxit Pater Pro-
 bus Erhardus Andreas ciuis et artis lanificae magister filium in-
 genio ad literas haud inepto praeditum. Id in athenaeo patrio
 per octo annos et, quod excurrit, pertinaci industria magis
 magisque excoluit. Eius specimina praeiuit non solum fre-
 quentem optimorum lectionem stilo monstrans suo, immo et
 aliquoties sua ipsius meditata defendens aliorumque commili-
 torum obpugnans, sed et publico doctorum confes[us]u bene
 dicens. Ostendit autem in Martinalibus anni MDCCCLV. quo
 superioris auditorii limina primum salutauerat, *cognitionem Dei
 cuius alii longissime anteferendam esse oratione Latina soluta,
 vt ligata proximo anno reddidit rationes, ex quibus CHRISTI-
 ANI nominalia eademque SERENISSIMO patriae PATRI sacra
 Curianum praesumeret.*

Hunc bonis verbis dimisurus in medium ponam elegantissimae
 formae et puri argenti numum, quem D. FRIDERICI olim CLEMEN-
 TISSIMI Domini nostri *secundarum nuptiarum causa cum SERENIS-
 SIMA SOPHIA CAROLINA MARIA octo abhinc annis initarum
 societas liberorum murariorum Baruti in aedibus, quae sole insigni-
 tae, coiens pietatis ergo fieri consuit, vt, quibus datum est, inter-
 pretentur eius quasdam notas, quas illis vel vt Eleusiniis sacris ini-
 tiati soli nouerint. Contulerint enim ita symbolam ad Branden-
 burgicorum Numismatum Delicias, quibus in dies plures capiun-
 tur, et quarum duodecim folia manibus lectorum versantur,
 Quidni autem conferant multum a nobis rogati, quippe quo-
 rum interest, vt vel maxime domi omnia collu-
 ceant luminibus?*

Yb 4473

1078

ULB Halle

3

006 302 904




20





que
a ex
la
rael
GE
nsfe
isqu
s p
olle
um
io
fac
ice
n a
em
enc
au
a,
s c
pat
o l
ext
fan
nte
tigi
t n
loa
ent
ffit
co
y,
d
tu
no
ius



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Inches
Centimetres


CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXXV

VT
AD
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI
FRIDERICI. CHRISTIANI

MARGGRAFII. BRANDENBVRGI. PRVSSIAE. DVCIS
PATRIS. PATRIAE. OPTIMI
VTRIVSQVE. PRAENOMINIS
AVGVSTAE. DOMVI. AVSPICATISSIMI
MEMORIAM. DVLCISSIMAM

D. XVI. MART. CIOCCCLXVIII
DEBITA. PIETATE. RENOVANDAM
IN. CVRIANVM
CVM. EIVSDEM. CIVIBVS
CVRIAE. PROCERES. CIVES. Q.
QVO. DECET. CVLTV
CONCIRET

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS



CVRIAE. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII